



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XXXIII. Der Rath zu Angermünde bewilligt dem Kloster Chorin die Erwerbung von noch zwei Bürgergütern und befreiet solche von bürgerlichen Lasten, am 23. April 1292.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

XXXIII. Der Rath zu Angermünde bewilligt dem Kloster Chorin die Erwerbung von noch zwei Bürgergütern und befreiet solche von bürgerlichen Lasten, am 23. April 1292.

In nomine domini amen. Sicut tempus nunquam est stabile, sed fluens defluit, ita etiam cum ipso tempore fluunt et defluunt actiones. Ea propter ut iustitie veritas cum labente tempore non labatur, quod modo geritur eternari debet testimoniis litterarum. Nos igitur Consules civitatis nove Angermunde recognoscimus et presentibus protestamur, quod frater Rodolfus, Abbas de Chorin, sui que confratres, inibi Deo famulantes, ob securitatem rerum suarum, consilio et auxilio virorum approbatorum emerunt duas hereditates in nostra civitate domui et curie ipsorum, quam prius emerant et tytulo hereditatis possederant, proxime adjacentes, pro undecim talentis Brandeburgensis monete hereditario jure libere possidendas. Nos vero consules dicte civitatis nostro de consensu communi nostrorumque Scultetorum Johannis de Gelmerstorp et filii fratris sui Johannis simul et potiorum nostre civitatis dicto Abbati fratribusque suis, dignis ipsorum postulationibus annuentes, donauimus hanc gratiam, ut cum necessitas nostre civitati incubuerit et nos Collectam, quod vulgariter Scot dicitur, dare contingerit, ipsi fratres de tribus hereditatibus nominatis, etiam si ipsas edificiis emendauerint, tantum de sexaginta talentis quatuor talentis minus Scot dabunt. Dedimus etiam dictis fratribus has hereditates sepe nominatas cum una jurisdictione civitatis, que Burscap dicitur, libere possidendas, et cum value nostre civitatis fuerint custodiende, ipsi et eorum hereditates ab hac custodia liberi sint et exempti. Ut igitur ipsorum emtio simul et nostra donatio firma maneat et inconvulsa, presentem litteram scribi fecimus et sigillo nostre civitatis communi. Testes autem consules et donatores hujus sunt Gozwinus Delez, Hermannus de Angermünde, Johannes de Prenzlaue, Johannes de Ghelmerstorp, Fredericus Pannicida, Tidemannus de Gardiz, Wilhelmus de Pozlaw, Jacobus Ferrarius, Wilhelmus Erolfi, Reinerus Cerdo, Herboldus de Stolp, Johannes Byffemaroue et alii quam plures. Datum anno Domini M^o. CC^o. XC^o. secundo, in die Georgii martyris.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerdens Cod. II, 482.

XXXIV. Die Markgrafen Otto und Conrad bestätigen dem Kloster Chorin die Verschreibungen des Bischofs Otto von Brandenburg und ihres Vaters, des Markgrafen Johann, über das Dorf Barzdin bei Oderberg, am 4. April 1295.

Nos Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenses et de Landesberge Marchiones, tenore presentium recognoscimus litterarum ad uniuersorum cupientes nichilominus notitiam peruenire, quod literas et priuilegia Dominorum in Chorin vidimus et audiimus per venerabilem dominum Ottonem, quondam ecclesie Brandenburgensis Episcopum, atque patrem nostrum karissimum Johannem, pie recordationis Brandenburgensem Marchionem, super donatione proprietatis ville Barzdin tradita, ut in priuilegiis eorum lucidius continetur. Nos igitur dilecti patris nostri donationem proprietatis ex ipsius liberali animo traditam et concessam, videntes eandem tanquam rite et rationabiliter factam, innouamus et heredum nostrorum accedente consensu